

H I E

2 6 4 9



Opus var. 173 a

Memoriæ

Beati infantuli

HIERONYMI CHRISTIANI,

*Præstabilis, spectatæq; Virtutis ac
Eruditionis Viri,*

Domini Christiani Brehmij,

Serenissimi Electoris Saxon, Bibliothecarij, & Lau-
datis, Reipubl. Dresd. **Timuchi**

Honoratissimi,

Filioli dilectissimi,

Qui 10. Novembr. hor. 3. matutinâ placidè in Christo obdormivit & d. 14. ejusdem honorificentissimè matri
terræ fuit illatus,



Dresda, Typis Montanis,

1647.



I.

Infans hoc recubo sub Marmore, criminis
expers,
CHRISTIANUS, Patris spes pia, matris amor.
Dormio, non obij. Mors est mihi vita perennis.

CHRISTUS me revocat; huic quia charus eram.
Parcere mors nescit. Nec ab impete primula mortis
Tuta ætas: hodie stas homo, crasq; jaces.
Vixi, nec vixi. Nunc vivo liber ab omni
Ærumnâ, inq; ipso vivo, quiesco, DEO.
O felix! ævi quem talis terminus aufert,
Nesciat ut, quid sit vivere, quidue mori.

II.

Aldi, solatur, quid fles? te FILIUS ipse,
Occule jam questus, siste, PATER, lacrumas.
Alterutrum nobis, BREHMI, est optabile, nun-
quam
Aut nasci, aut natos occubuisse iterum.
Sume animum. Nunc dat, repetit nunc dona Jehova
Credita. Fortis, non succubuisse, viri est.
Sed tamen est Patris, dices? scio & est Patris, audi:
Si melius capiant, non prohibere Suis.
Nasci, de nasci sequitur. Quas mandat olympus,
Ærumnas didicit qui tolerare, sapit.

III. De.

III.

D *Esine nunc luctus, BREHMI, VIR CLARE, dolores
Supprime. Sic omnes nascimur & morimur.
Qui dedit, is repetit DOMINUS sua dona. Tri-
umphat*

Nunc, VENIT, VIDIT, VICIT, in axe Tuus.

Noli flere. Deus Natum dedit. Ergò recepit.

Quod DOMINO placuit, id tibi displiceat?

Quamvis si vixet, quisset volitare per auras

Ingenio; ingeniis nullus habetur honor.

Desine propterea luctus. Facet umbra sub umbrâ:

NON OBIIT, VERUM TRANSIIT IN PATRIAM.

Amico suo intimè honorando ἢ πανακισθῆλας,

scrib. condolentiæ debitæ

ergò

M. JOH. BOHEMUS,

Pöet. Cæsar, Rector.

Q *Væ modò BREMIACIS formosa vigebat in
Hortis*

PLANTULA, spes Generis delictumq; fui:

Evulsa ante diem, nunc transplantata viretis

In Paradisiacis pulcrior, ecce! viget.

Festinata quidem sat transplantatio talis:

Plena sed ingenti fœnore, plena lucro.

M. A. T.

Ejus nomen Branni Viri Clari delectat
Insuper in emendatione et monumentum
Cognomen ipsum Dominus se honore

Nunc quae dicitur Vicit in eam Tuis
Non sicut deo dicitur deus

M. JON. BOHEMUS
Joc. C. in. Rector

V. M. BOHEMUS
Ejus nomen Branni Viri Clari delectat
Insuper in emendatione et monumentum
Cognomen ipsum Dominus se honore
M. A. J.

Op. var. 110

Exquisit GmbH
144 IVIII 104

